


STEMMA



This is an adapted version of the 'traditional stemma' as Robert Carver has designed and printed (Carver 2007, cit. above, n. 11, p. 66). One major change that has been made is the dating of A, the Ambros. N 180 sup.: not s. XIV, as has traditionally been assumed, but s. XIII, according to Ferrari (cit. nn. 35 and 36).

SIGLA

- F Laurentianus 68.2 s. XI
- φ Laurentianus 29.2 s. XII
- A Ambrosianus N. 180 sup. s. XIII
- U Illinoisensis Urbanensis 7, MCA.2 s. XIV (a. 1389)
- E Etonensis 147 s. XV
- S Audomarensis 653 s. XV
- α consensus codicis A vel codicum AU cum codicibus ES altero ambobusve
- v lectio cuiuslibet codicis post φ exaratum vel manu scripti praeter AUES vel impressi nisi nominatim citati

LIBER II

- 1 Ut primum nocte discussa sol novus diem fecit, et somno simul
emersus et lectulo, anxius alioquin et nimis cupidus cogno-
2 scendi quae rara miraque sunt, reputansque me media
Thessaliae loca tenere, quo artis magicae nativa cantamina
totius orbis consono ore celebrentur, fabulamque illam optimi 5
comitis Aristomenis de situ civitatis huius exortam, suspensus
alioquin et voto simul et studio, curiose singula considerabam.
3 Nec fuit in illa civitate quod aspiciens id esse crederem quod
esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem
4 translata, ut et lapides quos offenderem de homine duratos, 10
et aves quas audirem indidem plumatas, et arbores quae
pomerium ambirent similiter foliatas, et fontanos latices de
5 corporibus humanis fluxos crederem; iam statuas et imagines
incessuras, parietes locuturos, boves et id genus pecua dicturas
praesagium, de ipso vero caelo et iubaris orbe subito venturum 15
oraculum.
2 Sic attonitus, immo vero cruciabili desiderio stupidus, nullo
quidem initio vel omnino vestigio cupidinis meae reperto,
2 cuncta circumibam tamen. Dum in luxum nepotalem similis

4 quo] F, def. W. A. Baehrens⁴, 493sq., cf. e.g. 4.6.6, 5.7.1, 6.21.2, 9.23.2 : qua Helm
18 inicio F, corr. φ 19 ante tamen graviter interpunx. edd. vet., post tamen
graviter interpunx. Bursian coll. Onos 4.1 (ὄμωσ δὲ περιήεω), leviter Helm : circumibam.
Tandem, dum (ut ci. iam Groslotius) dub. Prassinetti (in Giarratano-Frassinetti) in
luxum nepotalem similis] Rossbach¹, coll. 10.30.6, Tac. Ann. 2.39 (Augello¹ : in luxum
nepotalem l.q. in luxuriosum nepotem) : in luxu nepotalem sim. F : in luxu nepotali
simul v (de Buxis) : in luxum nepotale<m> similis <otiosus> Helm, alii alia

ostiatim singula pererro, repente me nescius forum cuppedinis 3
intuli. Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam
famulitio ibidem gradientem accelerato vestigio comprehendo.
Aurum in gemmis et in tunicis, ibi inflexum, hic intextum, 4
5 matronam profecto confitebatur. Huius adhaerebat lateri
senex iam gravis in annis, qui, ut primum me conspexit, 'Est,'
inquit 'hercules, hic Lucius,' et offert osculum, et statim 6
incertum quidnam in aurem mulieris obganniit. 'Quin' inquit
'etiam ipsam parentem tuam accedis et salutas?' 'Vereor' 7
10 inquam 'ignotae mihi feminae,' et statim rubore suffusus reiecto
capite restiti.

At illa, optutum in me conversa, 'En' inquit 'sanctissimae 8
Salviae matris generosa probitas. Sed et cetera corporis
execrabiliter ad amussim congruentia: inenormis proceritas, 9
15 succulenta gracilitas, rubor temperatus, flavum et inadfectatum
capillitium, oculi caesii quidem, sed vigiles et in aspectu
micantes, prorsus aquilini, os quoquoversum floridum,
speciosus et immeditatus incessus.'

3 Et adiecit: 'Ego te, o Luci, meis istis manibus educavi—quid-
20 ni?—parentis tuae non modo sanguinis, verum alimoniarum
etiam socia. Nam et familia Plutarchi ambae prognatae sumus, 2

1 cuppedinis] cf. ad 1.24.3 adnot. : cupidinis F : cupedinis v (de Buxis)
3 famulitio] (praeunte Roaldo) Giarratano, cf. 8.22.2, Apol. 17.6, Flor. 22.5 : famulitione F,
cf. 6.8.5 : famulatione φ, de Buxis (cf. Amman in ThLL VI. 261. 60) 4 inflesum F,
corr. AU : implexum Lipsius 7 hercules hic Lucius] a : hercules * lutiis F, eras.
una litt. : hercules * lucius φ, eras., ut vidi, c : hercules, est Lucius Robertson
9 ipsam] van Mal-Maeder, cf. 5.30.1, 5.25.5, 6.26.7 : ipsa (al.m. mut. in ipse et m. rec.
superscr. vel ipse) F : ipse φ : vel ipsam α 10 reiecto] F, def. (praeunte Ouden-
dorpio) van Mal-Maeder : dieicto (ut in S) Colvius, et edd. inde a van der Vliet
14 execrabiliter] F, vocem a multis damnat. def. Hildebrand, coll. Front. Ad M. Caes. 2.3,
aliter E. Thomas, cf. Hofmann LU 78 : exaequabiliter v (de Buxis) ad amussim] Plasberg
: ad regulam qua diligenter aliquid adfungunt sim F : sim om. vel in sunt mut. v :
regulam . . . adfungunt ut glossema secl. iam Cruterus : ad regulam, qua diligenter
aliquid adfungunt sunt Giarratano, alii alia 16 caeci siquidem F, corr. v (de Buxis)
: caesi quidem dub. Helm inaspectu F, recte dist. A 17 aquilinos F, recte dist. v
19 o Luci] a : Luci (pr.m. superscr. o) F, cf. 1.25.5, 2.5.2, 2.6.4 : o del. Petschernig¹ coll. 3.20.1,
11.5.1 21 sociam F, corr. v (de Buxis)

et eandem nutricem simul bibimus, et in nexu germanitatis
 una coaluimus. Nec aliud nos quam dignitas discernit, quod illa
 3 clarissimas, ego privatas nuptias fecerimus. Ego sum Byrrhena
 illa, cuius forte saepicule nomen inter tuos frequentatum
 4 educatores retines. Accede itaque hospitium fiducia, immo 5
 vero iam tuum proprium larem.⁷
 5 Ad haec ego, iam sermonis ipsius mora rubore digesto,
 'Absit,' inquam 'parens, ut Milonem hospitem sine ulla querela
 deseram. Sed plane quod officiis integris potest effici, curabo
 sedulo. Quotiens itineris huius ratio nascetur, numquam erit ut 10
 non apud te devertar.'⁷
 6 Dum hunc et huius modi sermonem altercamur, paucis
 admodum confectis passibus ad domum Byrrhenae
 pervenimus.
 4 Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam per singulos 15
 2 angulos stantibus attolerabant statuas, palmaris deae facies,
 quae pinnis explicitis quasi in ingressu pilae volubilis instabile
 vestigium plantis roscidis decitantes nec ut maneat inhaerent
 3 et iam volare creduntur. Ecce lapis Parius in Dianam factus
 tenet librata totius loci medietatem, signum perfecte luculen- 20
 tum, veste reflatum, prokursu vegetum, introeuntibus obvium,
 4 et maiestate numinis venerabile. Canes utrimquesec deae
 latera muniunt, qui canes et ipsi lapis erant. His oculi minantur,

3 Byrrhena F, quod posthac tacite corrigam; vide praef. xxxiv 4 inter tuos
 frequentatum educatores] F : inter t. educ. frequ. sic lineis adiectis ordinem mutare
 voluit al.m. in F 16 attolerabant] al.m. in φ (fuit ac tolerabant) : ac tolerabant F,
 def. van Mal-Maeder : attollebant v (de Buxis) statuas] ut librarii interpr. ad palmaris
 deae facies del. Leo⁴ 17 explicitisque (ex ab ec mut. al.m. et que indux. pr.m.) :
 explicitis (ex in ras., fuit et) φ quasi in ingressu] Lütjohann : *sine gressu (ante s pr.
 vel al.m. del. q ut vidi) F : sin gressu φ 18 decitantes] F, def. Beroaldus (cf. Krautter,
 105 sq.), aliter Oudendorp ('i.q. deproperantes, a citare'), van Mal-Maeder : delibantes
 Colvius : detinentes Helm, alii alia, cf. Löfstedt⁶ (102 sq. n. 4) inhaerent etiam F, corr. v
 (de Buxis) : inhaerent<es> etiam Helm 22 'canes] de Buxis et al.m. in φ : canis F
 23 hi* (sed nihil ut vid. eras.) F, corr. de Buxis et al.m. in mg. φ (fuit hij)

aures rigent, nares hiant, ora saeviunt, et, sicunde de proximo
 latratu ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire; et— in 5
 quo summum specimen operae fabriliis egregius ille signifex
 prodidit—sublatis canibus in pectus arduis pedes imi resistunt,
 5 currunt priores. Pone tergum deae saxum insurgit in speluncae 6
 modum, muscis et herbis et foliis et virgulis et sicubi pampinis
 et arbusculis alibi de lapide florentibus. Splendet intus umbra 7
 signi de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma et
 uvae faberrime politae dependent, quas ars aemula naturae
 10 veritati similes explicuit. Putes ad cibum inde quaedam, cum 8
 mustulentus autumnus maturum colorem adflaverit, posse
 decerpi, et si fontem, qui deae vestigio discurrens in lenem 9
 vibratur undam, pronus aspexeris, credes illos ut rure
 pendentes racemos inter cetera veritatis nec agitationis officio
 15 carere. Inter medias frondes lapidis Actaeon simulacrum, 10
 curioso optutu in deam <deor>sum proiectus, iam in cervum
 ferinus et in saxo simul et in fonte loturam Dianam opperiens
 visitur.
 5 Dum haec identidem rimabundus eximie delector, "Tua sunt"
 20 ait Byrrhena 'cuncta quae vides.' Et cum dicto ceteros omnes
 sermone secreto decedere praecipit. Quibus dispulsis omnibus, 2

1 auris F, corr. AU et al.m. in φ 3 opera F, corr. de Buxis et al.m. in φ signifex
 F, corr. v (Beroaldus : 'corrigere signifex'), cf. Pasetti (139 n. 190) 6 mustis F, corr. U
 sicubi] F : alicubi (vel hic ibi) Helm 12 fonte (m.rec. mut. in fontes) F : fontes
 φAU, corr. Lütjohann discurrent F : discurrunt (al.m. u s.l. add., fuit discurrent)
 φ : discurrentes v (de Buxis), corr. Lütjohann 13 vibratur] F (al.m. mut. in
 vibrantur) : vibrantur U (habet fontes . . . vibrantur rure] F : vite Aldus : vere
 Brantius : rupe Putschius : pure (i.q. vere) Wiman², coll. e.g. Hor. Ep. 1.18.96, alii alia
 15 lapidis Actaeon simulacrum] F, def. Helm (lapidis pertinet ad frondes) : lapidis
 ut interpretam. del. Lütjohann : simulacrum del. Wowerius, alii alia 16 curioso
 optutum F, corr. φ et al.m. in F : curiosum optutum (legend. in deam {sum} proiectus)
 Giarratano, praeunte Kirchhoff (56) in deam tum (s.l. pr.m. add. sum, et in mg. r
 adscrips.) F, corr. van Mal-Maeder (in deum deorsum Philomathes) : in deam sum A : in
 deorsum U (ut ci. Frassinetti in Giarratano-Frassinetti) : in dorsum de Buxis : in deam
 <ver>sum Oudendorp, alii alia 21 sermones F, corr. U : sermoni Floridus

'Per hanc' inquit 'deam, o Luci carissime, ut anxie tibi metuo et
 3 ut pote pignori meo longe provisum cupio, cave tibi, sed cave
 fortiter a malis artibus et facinorosis illecebris Pamphiles illius,
 4 quae cum Milone isto, quem dicis hospitem, nupta est. Maga
 primi nominis et omnis carminis sepulchralis magistra creditur, 5
 quae surculus et lapillis et id genus frivolis inhalatis omnem
 istam lucem mundi sideralis imis Tartari et in vetustum Chaos
 5 submergere novit. Nam simul quemque conspexerit speciosae
 formae iuvenem, venustate eius sumitur et ilico in eum et
 6 oculum et animum detorquet. Serit blanditias, invadit 10
 7 spiritum, amoris profundi pedicis aeternis alligat. Tunc minus
 morigeros et vilis fastidio in saxa et in pecua et quodvis animal
 8 puncto reformat, alios vero prorsus extinguit. Haec tibi trepido
 et cavenda censeo. Nam et illa urit perpetuum et tu per aetatem
 et pulchritudinem capax eius es.' Haec mecum Byrrhena satis 15
 anxia.

6 At ego curiosus alioquin, ut primum artis magicae semper
 2 optatum nomen audivi, tantum a cautela Pamphiles affui ut
 etiam ultro gestirem tali magisterio me volens ampla cum
 mercede tradere et prorsus in ipsum barathrum saltu concito 20
 3 praecipitare. Festinus denique et vecors animi manu eius velut
 catena quadam memet expedio et, 'Salve' propere addito, ad
 4 Milonis hospitium perniciousiter evolo. Ac dum amenti similis
 celero vestigium, 'Age,' inquam 'o Luci, evigila et tecum esto.
 5 Habes exoptatam occasionem et voto diutino poteris fabulis 25
 6 miris explorare pectus. Aufers formidines pueriles, comminus

1 Luci (*pr.m. superscr. o*) F : oluci AU : o del. Petschenig³, cf. ad 2.3.1 adnot.
 8 conspexerit] F, ut *coni.perf.iterat. def. Novák (coll. 7.21.1), ut indic.fut.perf. Ruiz de Elvira*
 (131 sqq.) : conspexit α 14 urit] F, *def. van Mal-Maeder (praeunte Armini)* : uritur
 Blümner³ : prurit Purser² : surit dub. Robertson 18 affui F, *corr. van der Vliet* : abfui
 v (de Buxis) 24 Luci (*pr.m. superscr. o*) F : oluci AU : o del. Petschenig³, cf. ad 2.3.1
 adnot. 25 et] F : ex Burmann 26 miseris F, *corr. Wowerius (Beroaldus*
 'corrigge: miris . . . vel potius lege Milesiis') : mere miris Brakman³, alii alia aufers] FAS,
def. van Mal-Maeder, cf. ad 1.23.8 adnot. : aufer φU cominus F, corr. v

cum re ipsa naviter congregere, et a nexu quidem venerio
 hospitibus tuae tempera et probi Milonis genialem torum religio-
 sus suspice, verum enim vero Photis famula petatur enixe.
 Nam et forma scitula et moribus ludicra et prorsus argutula est. 7
 5 Vesperi quoque cum somno concederes, et in cubiculum te
 deduxit comiter et blande lectulo collocavit et satis amanter
 cooperuit et osculato tuo capite quam invita discederet vultu
 prodidit, denique saepe retrorsa respiciens substitit. Quod 8
 bonum felix et faustum itaque, licet salutare non erit, Photis illa
 10 temptetur.'

7 Haec mecum ipse disputans fores Milonis accedo et, quod
 aiunt, pedibus in sententiam meam vado. Nec tamen domi
 Milonem vel uxorem eius offendo, sed tantum caram meam
 Photidem. Suis parabat viscum fartim concisum et pulpam 2
 15 frustatim consectam {ambacu pascuae iurulenta} et, quod
 naribus iam inde hariolabar, tucetum perquam sapidissimum.
 Ipsa linea tunica mundule amicta et russea faceola praeni- 3
 tente altiuscule sub ipsas papillas succinctula, illud cibarium
 vasculum floridis palmulis rotabat in circulum, et in orbis flexi-
 20 bus crebra succutiens et simul membra sua leniter inlubricans,
 lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens placide
 decenter undabat. Isto aspectu defixus obstupui et mirabundus 4
 steti; steterunt et membra quae iacebant ante. Et tandem ad 5
 illam 'Quam pulchre quamque festive,' inquam 'Photis mea,

3 vero] α et φ p.c. (fuit puero) : puero F (fuit fuero, sed p ex f corr. pr.m.)
 14 suis] F : suis dominis de Buxis viscum] F, *def. van Mal-Maeder* : viscus Salmastius :
 isicium Stewechius 15 ambacu pascuae iurulenta F, quod ut schol. ad suis
 viscum . . . concisum et pulpam frustatim consectam seclusi (praeunte Helm, qui
 tamen id schol. ad tucetum fuisse putabat) : ambacti (ut Helm ci.) pascuae iurulenta
 (i.q. 'pour la pâte servie, des choses mijotant dans leur jus') Colin, sed id ipsum ut scholium
 ad suis viscum . . . concisum et pulpam frustatim consectam secludendum puto :
 ambo compascue iurulenta Frassinetti¹ coll. 4.1.4 (compascue iam Salmastius) : <et>
 in abaco pascuae iurulenta Hauler² (coll. infra illud cibarium vasculum) : ambacu
 pascuae ut locum desperatum crucibus inclus. *edd. plerique, alii alia, cf. van Mal-Maeder*
 (146) 16 prae quam F, corr. AU 17 rursus se a F, corr. Beroaldus